

1447

C O D I C E S

1448

*Hunc rex ex hilarat qui legem sibi colorat.*

Verum aut in illo numero omis-  
sum est C unum, aut *Codex* for-  
tassis adlatus ex *Anglia*, qui Li-  
brario nostro Exemplum fuit, il-  
lum annum praetulit.

CCCLXXXI.

- 901 Codex membraneus lat. Sec.  
XV. Folior. 266. 4. prioribus  
per omnia geminus continet pro-  
lixum Opus Capitum 27. *Job.*  
*Wiclefi*, cujus Inscriptio una-  
cum folio Thecae anteriori ad-  
glutinato deperiit. Incipit vero:  
*Ut supradicta de lege christi in ge-  
nere plus luceant, oportet ordi-  
ri secundum aliam formam. tract-  
tando de religione uel ordine. &c.*  
Tractatum de *Religione perfec-  
torum* memorat *Baleus*, sed alio  
initio, item de *Ordine Christia-  
no*, sed absque initio. Ego No-  
strum ad *Summae Theologicae*  
Partem I. de *Mandatis* pertinere  
crederem, nisi ea in *Cod.* supe-  
riore completa et perfecta dicta  
fuisset. Finit: *in quo non sit ne-  
cesse procuratorie sic orare.* Agi-  
tur enim de Suffragiis pro De-  
functis. Accedit Capitum Elen-  
chus.

CCCLXXXII.

- 902 Codex membraneus lat. Sec.  
XV. Folior. 254. 4. ad praece-  
dentes pertinens continet *Job.*  
*Wiclefi* Opus inscriptum: *Pri-  
mus liber de civili dominio. De*  
*summa sua in Theologia tertius in*

ordine. Initium: *Tractando de ci-  
uili dominio hominis superaddito na-  
turali &c. Fol. 153. incipit Li-  
ber II. uterque post se habet*  
Elenchum Capp. quorum poste-  
rior perperam Libro quarto tri-  
buitur. *Baleus* aliud huic Operi  
initium statuit. De Opusculis *Wi-  
clefianis* tam in hac V. Tomo-  
rum Collectione, quam in aliis  
*Codicibus* contentis monendos  
censeo Lectores, satis mihi vi-  
sum esse, si, ubi recurrunt, ad  
*Indicem* generalem adpellem.

CCCLXXXIII.

- Codex membraneus lat. Sec. 939  
XV. Folior. 236. 8. nitide per-  
scriptus et rubricis distinctus con-  
tinet alphabeticos Indices Rerum  
praecipuarum in *Job. Wiclefi*  
Opera, videlicet: *Tres Tracta-  
tus de divino Dominio. Super De-  
calogum. Tres Libros de Civi-  
li Dominio.* Indices hi ad Col-  
lectionem V. Tomis constantem  
et *Codicibus* CCCLXXVIII —  
LXXXII. comprehensam pertine-  
re videntur; manus enim Libra-  
rii eadem est.

CCCLXXXIV.

- Codex membraneus lat. Sec. 873  
XV. Folior. 215. f. per 2. co-  
lumnas caractere atro, crasso  
scriptus, ut videtur, in *Bohemia*,  
rubricis distinctus, et quibusdam  
locis aliquantum picturatus conti-  
net plura *Job. Wiclefi* Opera,  
ejus

1449

P O L E M I C I.

1450

ejus tamen Nomine, quod cavebant, non expresse. Sunt autem: I. Tractatus de Eucharistia IX. constans Capitibus, quorum Elenchus ab his verbis incipiens: *Sententia tractatus de Eucharistia in compendio sic habetur &c.* praecedit. Capituli porro 1. initium est: *Tractando de eucharistia oportet premittere quedam communia plus famosa &c.* Finis Tractatus: *in Iesu christo finaliter observare. Amen.* Non inveni illum in Catalogis Opp. *Wiclefi* apud *Baleum* et *Tannerum*.

II. fol. 43. *De Eucharistia Tractatus parvus.* Initium: *Sepe confessus sum et adhuc confiteor &c.* Jam relatus alibi. Notus *Baleo* et *Tannero*.

III. fol. 47. *Liber de Trinitate.* Censet VI. Capita et incipit: *Supereft inuestigare de distinctione et conuenientia personarum quas credimus plena fide &c.* Finit: *per communem essentiam communicationem essentie.* Notus supradictis *Literatoribus*.

IV. fol. 75. *Prologus Magistri Johannis de Incarnatione,* cujus initium: *Prelibato tractatu de anima &c.* et ipsius Tractatus in XIII. Capita divisi: *Quia autem spiritualiter viantibus in discendo necesse est &c.* Finis: *sine formidine impugnationis sophistice procedere in dicenda ad laudem gloriam et honorem ejusdem domini nostri Iesu christi. Amen.* Notus.

V. fol. 105. *Ogdoas Epistolarum seu Responsorum Wiclefi.* 1.) *Litera missa pape Urbano*

*sexto.* Init. *Gaudeo plane detegere cuicumque fidem &c.* Edita in *Joh. Foxi Comment. Rer. Eccl. Basileae 1563. p. 16. f. 2.) Litera missa Archiepiscopo Cantuar.* Init. *Venerabilis &c. Vester sacerdos pauper et humilis &c.* 3.) *Litera missa Episcopo Lincoln.* Init. *Humilis servus christi devotus obedienciaris &c.* 4.) *Litera missa ad simplices sacerdotes.* Init. *Videtur meritorium bonos colligere sacerdotes &c.* 5.) *De amore sue de quintuplici questione.* Init. *Quidam fidelis in domino querit caritativae &c.* 6.) *De octo questionibus.* Init. *Amice preclare ex scripturis vestris concipio &c.* 7.) *De illo, quis in spiritum sanctum peccat.* Init. *Nemo peccat in spiritum sanctum in sensu evangelij &c.* 8.) *Litera parva ad quendam socium.* Init. *Amice karissime vobis in nomine dei regracior &c.* Ex his *Numeros 3. 6. 7. 8.* non reperio in *Catalogis citt. N. 5.* retuli alibi.

VI. fol. 107. *Opuscula quaedam breviora, videlicet:* 1.) *De mendacijs fratrum.* Init. *Pseudo fratres replicant quod non licet sacerdotibus predicare &c.* 2.) *Descriptio fratris i. monachi mendicantis.* Init. *Pseudo frater degens in seculo est diabolus incarnatus &c.* 3.) *Conclusio de officio Regis.* Init. *Rex debet ex vi officij sui defendere legem dei &c.* 4.) *De quatuor interpretacionibus.* Init. *Quod clerus regni anglie secundum ordinacionem &c.* 5.) *De solutione sathane.* Init. *Quantum ad obiectum fratrum quod non sane intelligitur*

intelligitur scriptura &c. 6.) *De purgatorio.* Init. *Unde quidam mutant de regimine animarum &c.* 7.) *De clavibus celi.* Init. *Quodcumque ligauerit uel soluerit super terram conformiter &c.* 8.) *De tribus partibus ecclesie.* Init. *Cum sim conditor cuiuslibet creature et iudicabo homines quoscumque &c.* 9.) *De sententia incarcerando fideles propter excommunicationem post 40. dies.* Init. *Cum prelati contencionum non Episcopi animarum cancellant in pluribus christi sententiam &c.* 10.) *De condempnacione 19. questionum.* Init. *Cum secundum apostolum ad hebreos 11. fides sit fundamentum &c.* 11.) *De vaticinatione.* Titulus duplex. Init. prioris: *Cum secundum sanctos spectat ad officium doctoris ewangelici &c.* Alterius: *Uaticinatur autem doctor quem noscitis &c.* E brevioribus his Scriptis Numeros tantum 5. et 10. apud *Baleum* et *Tannerum* offendi.

VII. fol. 115. *Incipit tractatus de dotacione ecclesie.* Sic: *Utrum clerus debuit dotacionem quam modo occupat &c.* Constat X. Capitibus et terminatur: *in isto maximo periculo pro dei adiutorio postulando.* Quo Tractatus hic pertineat, liquet ex adjecta rubrica: *Explicit supplementum trialogi,* qua inscriptione etiam apud *Baleum* habetur, *Tannero* pariter notus.

VIII. fol. 123. *Incipit speculum secularium dominorum.* Ita: *Cum veritas fidei eo plus rutilat &c.* Relatum jam a nobis ali-

bi, et notum Literatoribus saepe dictis.

IX. fol. 126. *De Paupertate Christi.* Initium: *Christus deus noster caput vniuersalis ecclesie fuit pro tempore huius peregrinationis homo pauperrimus &c.* Sunt Propositiones XXXIII. quae finiunt: *dominus undique compendiosus dabit pacem. Amen.* A *Baleo* nudus adfertur Titulus. Vide *Indicem.*

X. fol. 134. absque inscriptione, sed ex *Baleo* et *Tannero*, *Ad Parliamentum Regis*, hoc initio: *Protestor publice ut sepe alias quod propono et volo esse ex integro christianus &c.* Conclusiones XVIII. quae finiunt: *de amissione temporalium stare pro ewangelica paupertate.*

XI. fol. 138. absque inscriptione Commentarius in *Matthaei C. XXIII.* *Baleo* et *Tannero* memoratus, qui tamen celant ejus initium, quod est: *Cum sapientia dei patris sit nucleus veritatis &c.* et finis: *erit pena in istis perfidis sine fine.* Censet *Capita XIV.*

XII. fol. 145. *Expositio*, ut e calce praeoccupo, *super capitulum Mathei vicesimum quartum de Antichristo.* Incipit: *Quia ewangelium istud est multis absconditum et deus ostendit illud in parte &c.* Octo Capitibus absoluitur, et finit: *ut fides bec ewangelij sit melius intellecta.* De *Christo* et *Antichristo* inscribunt Bibliographi *citt.* nec initium proferunt.

XIII. fol. 150. *Dialogus.* Initium: *Cum ydemptitas sit mater fastidij*

1453

## P O L E M I C I.

1454

*stidij &c. Dedimus jam CCCXL. Titulo Speculi militantis Ecclesiae. Verum hic Adpendicem habet, ad cujus marginem legitur: Ista capitula subsequencia sunt abstracta a dyalogo per falsos fratres. Adpendix haec incipit: Sed demum arguunt recencius &c. et finit: et finis dyalogi completur ut deus glorificetur. Observo, ad folium hujus Tractatus calcem Librario paene elapsum esse integrum Autoris nomen; Scriptit enim: Explicit dyalogus Magistri Johannis vi. Vide et Indicem.*

XIV. fol. 163. *Triologus. Initium: Cum locutio ad personam multis plus complacet, quam locutio generalis &c. Constat Libris IV. in Capita divisis, et editus est f. l. (Basileae putavit Fabricius) 1525. 4. Porro Codex hic industrios olim Discipulos nactus margines paene omnes locis Autorum, Argumentis et Summariis, a diversa manu, non sine iudicio confitos habet. Fol. praevio recentior calamus adscriptit Doctor Martinus Luter.*

CCCLXXXV.

880 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Foliorum 276. f. per duas columnas bene exaratus, rubricisque distinctus sequentia tacito nomine continet *Job. Wiclefi Opera*, quorum fiquae in *Balei, Tannerique Catalogis* non inveniunt, speciatim indicaturus sum. I. Tractatus de *Ecclesia* Caputum XXIV. cujus initium est: *Quia*

*nonnulli eciam illi qui videntur esse aliquid &c. Vide Indicem.*

II. fol. 114. Tractatus de *dominio. Initium: Cum quilibet christianus et specialiter Theologus mori debeat virtuosus &c. Vide Cod. CCCCXV. ubi finitur sicut hic, licet hic addatur: Vtique deficit nec est finis.*

III. fol. 170. p. 2. *Supplementum Triologi seu de Dotatione Ecclesiae. Initium: Utrum clericus debuit dotationem quam modo occupat &c. Vide Indicem.*

IV. fol. 182. *De oratione dominica et Salutatione angelica. Initium: Cum heretici diebus istis nouissimis &c. Aliud initium utriusque adsignat Baleus.*

V. fol. 185. *De solutione Sathanae. Initium: Quantum ad obiectum fratrum, quod non sane intelligitur scriptura &c. Vide Indicem.*

VI. fol. 187. *Tractatus de noua preuaricantia mandatorum, vel, ut Baleus fortasse, de 4. Sectis nouellis. Initium: Cum secundum veritatis testimonium Matth. 19. ad ingressum in patriam &c. Aliud Scriptum de 4. Sectis occurrit Cod. CCCLXXXIV.*

VII. fol. 192. *Socii argumenta contra veritatem. Fortassis id, quod Baleus inscribit: Super impositis Articulis. Initium: Quidam socius (fellow) quem suppono esse emulum veritatis, inuebit multipliciter contra sententias, quas concipit me dixisse &c.*

VIII. fol. 203. p. 2. *Secuntur 17. conclusiones, quas posuit Magister Johannes in parlamento regi-*